

BOLETIN OFICIAL



...ASADO AL PARRILLERO Y ALMA DE BUEY EN SUZ
ENJUAGA SUS SENSOS DENTRO DEL AGUA, Y SE VUELVE

Obispado de Osma.

SUMARIO.

Circular del Ilmo. Prelado delegando la facultad de bendecir *ornamentos sagrados*.—Otra del mismo Ilmo. Sr. dispensando de la *Misa pro populo*.—Liga Sacerdotal Eucarística: Decreto de erección; objeto, condiciones, indulgencias y centro de inscripciones.—Decreto de la S. C. del C. sobre Excardinación y ordenación de Clérigos.—Otro de la misma S. C. sobre adscripción de clérigos á una parroquia.—Resoluciones de la S. C. de R, sobre Misas en Oratorios privados de Religiosos.—Decreto de la S. C. del Indice prohibiendo varias obras.—Declaraciones del Arzobispado de Valencia acerca de la revista *La Señal de la Victoria*, del folleto *El inmaculado San José*, y de la asociación *Milicia de la Cruz*.—Anuncio del Oficio de la Semana Santa por D. E. Gil.—Defensa de los Cementerios católicos, por D. F. Ruiz.—Vida de Santa Juliana de Cornelio por Fr. P. Corro.—Declamación Oratoria por «El Seminarista Español.»

CIRCULAR NUM. 218.

En virtud de benigna concesión que por un *quinquenio* se ha dignado hacernos la Santa Sede, mediante Rescripto de la Sagrada Congregación de Ritos, fecha 22 de Enero del corriente año, hemos tenido á bien delegar como por la presente delegamos, durante dicho tiempo, la facultad de bendecir ornamentos y demás objetos destinados al culto di-

vino, para los cuales no sea necesaria unción sagrada, en nuestro Provisor y Vicario General, en las Dignidades y Canónigos de nuestra Santa Iglesia Catedral y en el Abad y Canónigos de nuestra Insigne Colegial de Soria para toda la Diócesis, en los Arciprestes para sus distritos respectivos, y en los Párrocos, Económicos, Regentes de parroquia, Superiores de Casas religiosas y Capellanes de Conventos y de Establecimientos Benéficos para sus propias Iglesias.

Burgo de Osma 26 de Febrero de 1907.

† EL OBISPO.

CIRCULAR NÚM. 219.

Usando de las facultades apostólicas que por Rescripto de la S. Congregación del Concilio, fecha 31 de Enero del año actual, se dignó concedernos la Santa Sede, hemos tenido á bien prorrogar, como por la presente prorrogamos en favor de nuestro amado Clero parroquial, por tiempo de *un trienio*, la dispensa de aplicar la *Misa pro populo* en las fiestas y medias fiestas suprimidas, en los mismos términos consignados en nuestra Circular de 11 de Marzo de 1901, encareciendo la conveniencia de que en dichos días especialmente se celebre la Santa Misa á hora oportuna para satisfacer la piedad de los fieles que tuviesen devoción de oirla.

Burgo de Osma 26 de Febrero de 1906.

† EL OBISPO.



LIGA SACERDOTAL EUCARÍSTICA

DECRETUM ERECTIONIS

Petrus, Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum

S. R. E. Presb. Cardinalis Respighi

Ssmi. Dñi Nostri Papae Vicarius Generalis

Romanae Curiae

eiusque districtus Juxta Ordinarius, etc.

Piam Sacerdotum Sodalitatem quae inscribitur *Lega Sacerdotale Eucaristica*, cuius finis est fideles ad quotidianum et frequentem usum Ssmae. Eucharistiae inducere, juxta mentem Decreti S. C. Conc. die 20 Decembris 1905, quod incipit *Sacra Tridentina Synodus*, Nos auctoritate Nostra ordinaria rite et legitime in Venerabili ecclesia S. Claudio de Urbe penes Cong. Presbyterorum Ssmi. Sacramenti erigimus et canonice erectam esse edicimus. Leges vero seu Constitutiones ejusdem Sodalitatis, quinque articulis conscriptas, trienali experimento probandas esse declaramus.

Datum Romae, ex Aed. Vicariatus, die 27 Julii 1906.

PETRUS RESPIGHI. Card. Vic.

L. † S.

FRANCISCUS CAN. FABERI, Secret.

VERSIÓN CASTELLANA DEL ANTERIOR DECRETO

Pedro, del Titulo de los Santos Cuatro Coronados de la Santa Romana Iglesia Cardenal Respighi, Vicario general de Nuestro Santissimo Padre el Papa y Juez Ordinario de la Curia Romana, etc.

Erigimos y declaramos canónicamente erigida por Nuestra Autoridad Ordinaria la Pía Archicofradía de Sacerdotes, que con el título de *Liga Sacerdotal Eucarística*, y con el fin de inducir á los fieles al uso cotidia-

no y frecuente de la Santísima Eucaristía, según la mente del Decreto S. C. Conc. del día 20 de Diciembre de 1905, que comienza *Sacra Tridentina Synodus*, se halla establecida debida y legítimamente en la Venerable Iglesia de San Claudio, de Roma, donde reside la Congregación de los Sacerdotes del Santísimo Sacramento.

Declaramos sujetas á un trienio de experiencia las Leyes ó Constituciones de esta Liga, escritas en cinco artículos.

Dado, en Roma, en la Vicaría General á 27 de Julio de 1906.—PEDRO, CARDENAL RESPIGHI, *Card. Vic.*—FRANCISCO, CAN, FABERI, *Secr.*

LIGA SACERDOTAL EUCHARISTICA
PRO QUOTIDIANA
SS. EUCHARISTIAE SUMPTIONE

I.—OBJETO

Esta Asociación de Sacerdotes, erigida canónicamente en la Iglesia de San Claudio, en Roma, y animada y bendecida desde sus comienzos por S. S. Pío X, tiene por objeto el procurar, por todos los medios de que puede disponer el celo sacerdotal, la propagación de la práctica del Decreto *Sacra Tridentina Synodus. De Quotidiana Ss. Eucharistiae Sumptione*, promulgado el 20 de Diciembre de 1905 por la S. Congregación del Concilio.

II.—CONDICIONES PARA LA ADMISIÓN

Cualquier Sacerdote puede formar parte de la Liga con tal que prometa, sin obligación de conciencia, trabajar por dicho fin, consagrándose al apostolado de la Comunión frecuente, ya sea con la oración, la buena prensa, ó con cualquier otro medio de propaganda.

III.—PRIVILEGIOS É INDULGENCIAS

(*Breve del 10 de Agosto de 1906*)

1. Altar privilegiado personal, tres veces á la semana, á no ser que se goce ya del privilegio.
2. Facultad de celebrar una hora antes de la aurora y una hora después de mediodia.
3. Facultad de dar la S. Comunión en cualquier hora del día, desde una hora antes de la aurora, hasta la puesta del sol.
4. Indulgencia plenaria en todas las fiestas principales de los Misterios de la Fé, de María Santísima y de los Santos Apóstoles.
5. Indulgencia de 300 días, por cada obra de piedad y de caridad quę se haga según el fin de la Liga.
6. Celebrando el Tríduo, según la Instrucción anexa al Estatuto, se tiene la facultad de dar al pueblo, después de la Comunión general, la Bendición Papal con indulgencia plenaria.
7. Facultad á los Confesores adscriptos á la Liga, para poder comunicar Indulgencia Plenaria á los penitentes quę suelen comulgar diariamente, ó casi todos los días, una vez á la semana.

IV.—ÓRGANO DE LA LIGA

Annali Dei Sacerdoti Adoratori, que para Italia sale mensualmente en Turín, Via Santa Maria, núm. 2. Suscripción anual, Liras 2; y en España, el *Boletín Eucarístico de Málaga*, (Revista mensual ilustrada), dirigido por el M. I. Sr. Canónigo Penitenciario, calle de Marin García, 16. Pesetas 4 al año.

N. B.—Para la patente de inscripción, reglamento y gastos de correo, enviense con la petición 50 céntimos de peseta.

V.—CENTRO PRINCIPAL DE LA LIGA

La iglesia de San Claudio, Convento de los PP. del

Santísimo Sacramento, Roma, Vía del Pozetto, núm. 160.

En España, ha sido nombrado por el Director de la Liga en Roma, R. P. Eugenio Couol, para recibir inscripciones de los Sres. Sacerdotes á ésta Liga, el M. I. Sr, Canónigo Penitenciario de la Catedral de Málaga, D. Francisco de P. Muñoz Reyna.

En esta Diócesis de Osma, pueden entenderse los Sres. Sacerdotes que gusten inscribirse en la Liga, con el M. I. Sr. Chantre de la S. I. Catedral Lic. D. José Gutiérrez Lagüera.

Sagrada Congregación del Concilio

24—Noviembre 1906.

Decreto sobre la excardinación y Ordenación sagrada de los clérigos.

Decreto diei 20 mensis Iulii 1898, quod incipit *A primis*, Emi S. C. Concilii Patres, probante v. m. S. P. Leone XIII, circa *Excardinationem et incardinationem* clericorum eorumque subsequentem ordinationem, haec quae sequuntur statuerunt:

«I. *Excardinationem* fieri non licere nisi iustis de causis, nec effectum undequaque sortiri, nisi *incardinatione* in alia dioecesi executioni demandata.

«II. *Incarnationem* faciendam esse ab Episcopo non oretenus, sed in scriptis, absolute et in perpetuum, id est, nullis sive expressis sive tacitis limitationibus obnoxiam; ita ut clericus novae dioecesi prorsus mancipetur, praestito ad hoc iuramento ad instar illius quod Constitutio «*Speculatores*» pro domicilio acquirendo praescribit.

«III Ad hanc *incardinationem* deveniri non posse,

nisi prius ex legitimo documento constiterit alienum clericum à sua dioecesi fuisse in perpetuum dimissum, et obtenta insuper fuerint ab Episcopo dimitente, sub secreto, si opus sit, de eius natalibus, vita, moribus ac studiis opportuna testima.

«IV. Hac ratione adscriptos posse quidem ad Ordines promoveri. Cum tamen nemini sint cito manus imponendae officii sui noverint esse Episcopi, in singulis casibus perpendere, an, omnibus attentis, clericus adscriptus talis sit, qui tuto possit absque ulteriori experimento ordinari, an potius oporteat eum diutius probari. Et meminerint quod sicut «nullum debet ordinari qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis Ecclesiis» ut in *cap. 16, sess. 23 de reform. Tridentinum* statuit; ita pariter nullum esse adscribendum novum clericum, nisi pro necessitate aut commoditate dioecesis.

«V. Quoad vero ad clericos diversae linguae et nationis, oportere ut Episcopi in iis admittendis cautius et severius procedant, ac numquam eos recipient, nisi requisiverint prius à respectivo eorum Ordinario, et obtinuerint secretam ac favorabilem de ipsorum vita et moribus informationem, onerata super hoc graviter Episcoporum conscientia.

«VI Denique quoad laicos, aut etiam quoad clericos qui excardinationis beneficio uti nequeunt vel nolunt, standum esse dispositionibus Const. «*Speculatores*, quae, nihil obstante praesenti decreto, ratae ac firmae semper manere debent».

Sed pluribus in locis mos iam pridem invaluerat ut quaedam litterae quasi *excardinatoriae*, seu *excorporationis* aut *exeat* nuncupatae, laicis quoque traderentur, eodem ferme modo ac pro clericis fieri consueverat: quibus litteris Episcopus originis laicum suae dioecesis subditum dimittebat, et ius nativum, quo pollebat eum in clericalem statum adscribendi, in aliud Ordinarium transferre eique cedere videbatur: et vicissim hic illum

suscipiens eum proprium subditum sibi facere, et qualem ad primam tonsuram et ss. Ordines promovere libere posse arbitrabatur, quin aut ratione domicilii aut ratione familiaritatis subditus sibi esset iuxta Constitutionis «*Speculatores*» praescripta.

Porro evulgato decreto *A primis*, de huius praxis legitimitate disputari coepit, et plura dubia hac de re ad S. Sedem delata sunt.

Quapropter de mandato SSmi. quaestione semel et iterum in hac S. Congregatione examinata, tandem die 15 Septembris 1906 Emi. Patres censuerunt, permitti posse, Sanctitas sua id probaverit, ut praefatae litterae quibus laici à propria dioecesi dimittuntur, ab Ordinali concedantur, earum vi extra dioecesanus fieri proprius valeat Episcopi benevoli receptoris, et hoc titulo ad clericalem tonsuram et ad ss. Ordines ab eo promoveri; dummodo tamen,

1.º Dimissio ab Episcopo proprio ex iusta causa, in scriptis et pro determinata dioecesi concedatur.

2.º Aceptatio ne fiat nisi servatis regulis quae pro clericis *incardinandis* statutae sunt, et superius sub num. II, III, IV et V recensentur; et servato quoque decreto «*Vetuit*» die 22 Decembris 1905 quoad alumnos a Seminariis dimissos.

3.º Sed iuramentum ad tramitem Constitutionis «*Speculatores*» requisitum, praestandum esse ante clericalem tonsuram. Verum cum obligatio permanendi in dioecesi non propria, eique in perpetuum serviendi, ante maiorem aetatem non sine difficultatibus et periculis suscipi possit, cavendum esse ab Episcopis ne ad clericalem tonsuram admittant qui aetate maior non sit.

Facta autem de his omnibus relatione SSMo. D. N. Pio Papae X ab infrascripto Secretario in audience diei 16 Septembris 1906, Sanctitas Sua deliberationem Em. Patrum probavit et conformavit, mandavitque ut evulgaretur per litteras S. C. Concilii, ut omnibus ad

quod spectat lex et regula esset, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, die 24 mensis Novembris 1906.
†.VINCENTIUS, Card. Episc. Praenestinus, *Praefectus*.—
C. De Lai, *Secretarius*.

SAGRADA CONGREGACIÓN DEL CONCILIO

SOBRE ADSCRIPCIÓN DE CLÉRIGOS Á UNA PARROQUIA

FACTI SPECIES. Sac. Alphonsus Speranza, oppidi *Gildone* in Benaventana archidioecesi, ex familia Fr. Minorum perpetuam saecularizationem a S. Sede obtinuit, atque prius Boianensi dein Benaventanae dioecesi incorporatus, die 10 Junii 1901 adscriptus fuit ecclesiae Gildonensi. Clerus autem istius oppidi factam aggre-gationem non acceptavit et valde contra emissum decretum conquestus est: quare Archiepiscopus, ut prudentiae consuleret, decreti executionem differendam censuit, promittens tamen dicto sacerdoti oportunas dispositiones in posterum se datum. At nec Emus. tunc temporis Archiepiscopus, nec sede vacante Vicarius Capitularis ad repetitis oratoris instantiis satis-faciendum adduci potuerunt. Nec aliter opinatur novus Archiepiscopus, qui voluit ut ad maiora scandala vitanda, fideliter servarentur mandata Vicarii Capitularis, donec definitiva sen-tentia emittatur. Eo enim cleri oppositio processit, ut hic eccl esiam ac S. functiones desereret, quoties illis Speranza interve-niat, qui hucusque in sua patria neque sacrum ministerium ne-que munus praedicationis exercere potuit et alio confugere debuit, si suae honestae substentationi providere voluit. At quum hoc magis in dies onerosum et fere impossibile illi evadat ob eius proiectam aetatem an. 70, recursum interposuit ad H. S. C. enixe efflagitans ut sua iura tueantur et obtentum incardinationis decre-tum executioni demandetur.

ANIMADVERSIONES. In abstracto certum est decreta nonnisi ab ipsa auctoritate quae ea protulit vel ab alia legitime superiore reformari posse, eorumque executionem nullo modo suspendi valere per subditorum reluctantiam aut protestationes: in concre-

totam res non semper de plano procedit; plures enim in executionis actu exoriri possunt difficultates, quibus praevisis fortasse decretum ne emissum quidem fuisse. Hisce in casibus optimum est ipsam decreti executionem differre, praesertim si spes affulgeat facilius exortas difficultates resolvendas fore.

In themate autem oppositio cleri Gildonensis omni destituta fundamento iuridico videtur, nulla enim apparet ratio cur religiosus, qui perpetuam secularizationem obtinuerit, nequeat clero saeculari adscribi eisque privilegiis frui, necnon lucrorum particeps fieri. Sane religiosus saecularizatus fit subditus Episcopi receptoris eodem modo quo clerus dioecesanus; Ordinarius vero ad tramitem Con. Trid. (*Sess. 23, cap. 16 de Reform.*) ius habet et onus adscribendi omnes clericos alicui ecclesiae, ergo etiam religiosum saecularizatum. Cfr. Benedictus XIV (*De Syn. dioec., lib. II. cap. 2. nn. 13 et 14.*) Exinde cum nequeat admitti oppositio cleri contra adscriptionem alicuius clerici dioecesani, ita a pari neque contra religiosi saecularizati adscriptionem.

Quod si non admittitur oppositio contra hius religiosi adscriptionem, neque contra illius ius emolumenta adventitia percipiendi admitti posse videtur; nam, *qui altari inservit, de altari vivere debet*. Etenim, quidquid sentendum sit circa adscriptiōnem *participantium* ecclesiis receptitiis sive numeratis sive innumeratis quarum natura describitur a Salzano (*Lezioni di diritto eccl., vol. 2, pag. 174.*) quum quaelibet adscriptio et multo minus ius ad emolumenta percipienda ob earum statuta particularia non tam facile sustineatur; adscriptio tamē *non participantium* nullo iure particulari impediri potest cum iure communi expresse praecipiatur. Item dubitari nequit quin exceptis emolumentis certis et fixis ad *participantes* spectantibus, etiam *non participantes* ad lucra adventitia ius habeant, quia non nisi per summam injuriam denegari possunt adventitia illis clericis, qui rite a legitima auctoritate adscripti fuerunt ecclesiae, quum mens fidelium sit ut eleemosynae oblatae dividantur inter omnes clericos functionibus inservientes. Ceterum hoc ius *non participantibus* non semel confirmatum fit etiam ab auctoritate civili, uti legitur in litteris Ministerialibus 11 apr, 1835 et 15 September. 1841. Cfr. *Collezione degli atti emanati dopo il Concordato del 1818. vol. 7, pag. 4. et vol. 9, pag. 15.* Hinc concludere licet quod, etiam cum agatur de ecclesiis receptitiis, legitime clero adscriptus adventitia emolumenta percipiendi ius habet, ac proinde oppositio cleri Gildonen-

sis irrationalis dicenda videtur atque ab Episcopo co^{incendia}re.

E contra, cum bonum totius communitatis anteponendum sit privati hominis utilitati, cumque ad maiora vitanda mala inter dum prudentiae magis quam stricto iuri consulere oportet, in casu forte rescripto *non expedire* preces oratoris dimittendae viderentur. Orator enim natura et ingenio nimis difficultem se praebet ita ut eius societas aliis gravosa et fere intolerabilis evadat. Insuper toto fere anno alio pergit ut docendi munere magis lucroso fungatur, et hinc nonnisi paucis rusticationis mensibus ecclesiae servitio addici poterit; coque fortius decreti executio differenda videtur ob scandalorum quae timeri possunt ex cleri opposione et ex fidelium animarum iactura.

RESOLUTIO. S. C. Concilii, omnibus perpensis, die 25 Februarii 1905, rescribendum censuit:

Ad instantiam sacerdotis Speranza non expedi e. et ad mentem.

COLLIGES

1.^o Quamvis in abstracto decreta nonnisi a Superiore refor-
mari possint, in concreto tamen, attentis impreavisis difficultati-
bus, aliquando eorum executionem vel differre vel penitus revo-
care oportet.

2.^o Rescriptum perpetuae saecularizationis religiosis, etiam
solemniter professis, concessum, eos in perpetuum solvit a vin-
culo religionis, firmis semper manentibus emissis votis, quae
quoad substantialia observari debent. Ita S. C. EE. et RR. die 15
Maii 1840, etc.

3.^o Saecularizatio autem perpetua non conceditur nisi prius
religiosus Episcopum benevolum invenerit, qui suae dioecesi eum
incardinat suumque subditum faciat.

4.^o Praeterea iuxta Con. Trid. (Sess. 23, cap. 16 de Reform.)
Episcopi tenentur suos clericos alicui ecclesiae vel pio loco ads-
cribere, ubi ipsi suis fungantur muneribus nec incertis vagantur
sedibus.

5.^o Adscriptio *participantium* ecclesiae receptitiae ob eius-
dem pecularia Statuta non semper obtineri potest, at nunquam
impediri valet adscriptio *non participantium* cum relativo iure ad
lucra adventitia.

6.^o In casu vero decretum adscriptionis sacerdotis Speranza
ecclesiae Gildonensi per se sustineretur, sed quia ipse Archie-

piscopus Beneventanus iam illud revocaverit cumque iustae ad-
mitt revocationis causae, preces oratoris dimissae sunt, cui tamen
alio modo providendum erit.

S. C. DE RITOS

Sobre la celebración del Santo Sacrificio de la Misa en los Oratorios secundarios de los Religiosos

SECOVIEN

Rmus. dnus. Leopoldus Schuster, Episcopus Secoviensis, Sa-
crorum Rituum Congregationi reverenter exposuit et enixe petiit,
ut sequentia dubia solvantur; nimirum:

In dioeesi Secoviensi, vasta sunt quinque monasteria, nimirum tria Ordinis S. Benedicti, unum Ordinis Cisterciensis et unum Canonicorum Regularium Literanensium; insuper permulta coenobia aliorum Ordinum Mendicantium S. Francisci et S. Dominici, S. Ioannis de Deo etc. Interdum in illis monasteriis casus accidit, ut novum oratorium e. g. pro recitando Officio tempore hiemali in aedibus monasterii erigatur simul cum altari sive fixo sive portatili, ut ibi etiam Missa celebrari possit ab infirmis et senibus debilibus. Praeterea talia oratoria cum altari interdum etiam in domibus extraneis, quae a monasterio sive longe, sive parum distant et peculium monasterii sunt, eriguntur, in quibus domibus unus vel plures Patres per aliquod tempus sive oeconomiae sive sanitatis colendae causa versantur. Hinc quae-
ritur:

I. Estne licentia, Missam ibi celebrandi, ab Episcopo Ordinario petenda, an sufficit necessitas vel utilitas communis religio-
sae? — Et si affirmative ad secundam.

II. Valet hoc etiam de oratoriis, quae extra monasterium ipsum sita sunt, sed ad eius peculium pertinent?

Porro Sacra Rituum Congregatio, exquisita Commissionis Liturgicae sententia, reque maturo examine perpensa, ita respon-
dere rata est:

Ad I. Si agatur de Regularibus propriis dictis, *negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam, de licentia superioris

generalis aut provincialis iuxta decretum n. 4007 *Super oratoriis semi publicis* 23 Januarii 1899; si vero sermo sit de aliis communitatibus, servetur decretum n. 3484 *Nivernen*, 8 Martii 1879 ad II.

Ad II. *Negative* nisi adsit indultum.

Atque ita rescripsit. Die 10 Novembris 1906.—S. CARD. CRETTONI *Praefectus*.—L. H. S.—† D. PANICI, Archiep. Loadicen., *Secretarius*.

SAGRADA CONGREGACIÓN DEL ÍNDICE

DECRETUM

FERIA III DIE 11 DECEMBRIS 1906.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPA X Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 11 Decembris 1906, damnavit et damnat, proscriptis proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat, quae sequuntur opera:

L' Abbé E. Lefranc, Les Conflits de la Science et de la Bible. Paris, 1906.

Segismundo Pey-Ordeix. El Jesuitismo y sus abusos. Colección de artículos. Barcelona, s. a.

Idem. Crisis de la Compañía de Jesús, hecha por personas eminentes en santidad y letras. Ibid.

Albert Houtin, La Question Biblique au XX Siecle París 1906.

L' Laberthonniere, Decreto S. Congregationis, edito die 5 Aprilis 1906, quo liber ab eo conscriptus notatus

et in Indicem librorum prohibitorum insertus est, lau-
pabiliter se subiecit.

*Itaque nemo, cujuscumque gradus et conditionis pae-
dicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco
et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita
legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum ve-
titorum indictis.*

*Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPAE X
per me infrascriptum Secretarium relatis, SANCTITAS SUA
decretum probavit, et promulgari paecepit. In quorum fi-
dem etc.*

Datum Romae die 12 Decembris 1906.

ANDREAS, CARD. STEINHUBER, PRAEFECTUS.

Loco  Sigilli.

FR. THOMAS ESSER, Ord. Praed.,
a Secretis.

Die 14 Decembris 1906 ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum decretum affixum et publicatum fuise in Urbe.

Henricus Benalia, *Mag. Curs.*

Secretaría de Cámara y Gobierno del Arzobispado de Valencia.

El Excmo. y Rvdmo. Arzobispo, mi señor, separado temporalmente de su amada Archidiócesis por causas de todos conocidas, me ordena hacer las siguientes declaraciones, que considera necesarias y urgentes:

1.^a La revista semanal intitulada *La Señal de la Victoria*, que se imprime y publica en esta ciudad bajo la dirección del Presbítero don José Domingo María Corbató, no tiene censura eclesiástica, contra lo terminan-

temente dispuesto por las leyes canónicas y en especial por la novísima Constitución Apostólica *Officiorum ac munierum*, no siendo, por tanto, exacto que se publique «con aprobación eclesiástica», como se estampa al frente de sus ejemplares.

2.^a Publicado últimamente por el mismo Presbítero un folleto con el epígrafe *El inmaculado San José*, que parece ser reproducción de varios artículos editados en dicha revista, carece asimismo esta nueva publicación de censura y aprobación eclesiásticas, aunque se expresa en ella lo contrario.

3.^a Diciéndose la propia revista órgano de cierta Asociación llamada *Milicia de la Cruz*, es necesario advertir que ni tal Asociación ni la *Regla* de la misma, que corre impresa, han obtenido de la autoridad autorización ni aprobación eclesiásticas, y, por consiguiente están privadas de existencia y valor canónicos.

Y 4.^a Sometido en particular el referido folleto al examen de la Santa Sede por su autor, segun se ha servido manifestar, el Excmo. y Rvdmo. Sr. Arzobispo prohíbe *sub gravi* su circulación y lectura á Clero y fieles de su jurisdicción diocesana, mientras en forma competente no conste haberse dictado decisión favorable sobre la doctrina contenida en aquél.

Lo que de orden de S. E. Rvdma. se hace saber por medio de este «Boletín oficial» sin perjuicio de lo demás que procediere, interesándose de la Prensa católica la mayor publicidad de las declaraciones precedentes.

Valencia 3 de Enero de 1907.—*Felix Bilbao*, secretario.

(Del B. E. de Valencia)



BIBLIOGRAFIA.

El Lic. D. Eustaquio Gil, Maestro de Ceremonias del S. Templo M. del Pilar, en vista de la general aceptación que ha tenido su obra, «**Oficio de la Semana Santa para los párrocos que celebran los Oficios Divinos sin Ministros Sagrados**», ha decidido publicar la tercera edición de este libro, reduciendo notablemente su volumen, sin variar los tipos, al precio de *cinco pesetas*. Libro muy útil á los Párrocos.

Se vende en la librería de D. Manuel López, Plaza Mayor, Burgo de Osma.

Defensa de los Cementerios Católicos contra la secularización y reinvindicación de los derechos parroquiales en el entierro y funerales, por D. Francisco Ruiz de Velasco.

Esta importantísima obra, de grande y manifiesta utilidad, sobre todo en los actuales tiempos, se halla de venta en las principales Librerías al precio de 2'35 pts. ejemplar.

Vida de Santa Juliana de Cornelión, Religiosa Agustina, iniciadora de la fiesta de *Corpus Christi*, por el P. Fr. Pedro Corro del Rosario, Agustino Recoleta.- De venta en la Librería de don Atanasio C. Villar, Arenal 20, Madrid, y en todas las Librerías Católicas, al precio de 2 pts. encuadrado en tela. Para los pedidos al por mayor, al Autor, Casa Misión Diocesana de Sigüenza (Guadalajara).

Tratado de Declamación Oratoria por la Redacción de «El Seminarista Español».

De venta en las principales Librerías Católicas de España, ó en casa de su propietario D. Juan Soler, Sierpe, 20, **Toledo**, ó la Sra. Viuda de Rico, Pontejos, 8, **Madrid**. Precio en rústica 5 pts. y por correo certificado 5' 50.